



Marcian. lib. 2. de publicis judiciis.

*Perspiciendum est judicanti, ne quid aut durius, aut remissius constituatur, quam causa deposcit, nec enim aut severitatis, aut clementiae gloria affectanda est, sed perpenso judicio, prout quaeque res expostulat, statuendum est. Planè in levioribus causis proniores ad lenitatem iudices esse debent: in gravioribus poenis severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi. l. perspiciendum. ii. ff. de poenis, & ibidem Justin. Gobl. Jctus Gōarinus.*

